



**D. DIONYSII // A RICKEL CARTHVSIANI, // de perfecto  
mundi contemptu, // ut pius ita utilissimus heptalo- // gus**

**Dionysius <der Kartäuser>**

**Coloniae, Nov. 1530**

De veritate atque multiplici veritatis distinctione, p[rae]sertim de triplici  
veritate, ad triplicem viam præhabitam pertinente.

---

---

**Nutzungsbedingungen**

[urn:nbn:de:hbz:466:1-55472](#)

D. DIONY. CARTH.

rationibus mētem in deo fixam sine importu  
euagatione tenere, atq; in latitudine cordis om  
deo deambulare. Perfectio aut̄ memorie, est in  
in deo esse absorptum: ut suūpsius ceteroq; o  
mniū obliuiscatur, atq; in deo absq; volubilis  
cogitationum imaginationūq; strepitu dulci  
congescat. Ecce ad hæc ordināda ac forte p  
sequenda sunt omnia exercitia nostra bona.

De ȳitate atque multiplici ȳitatis distinc  
ne: p̄sertim de triplici veritate ad triplice v  
præhabitā pertinente.

Art. XXIII.

Roman. 3.



Phūs,

ST autem deus verus omnis ymo mēdax. Quum omnis perfectio sit in deo, quanto magis veritas. Rsus ens & verum conuertibilia fū dicente Philosopho: Sicut se habet res ad esse, ita ad ueritatem. Elego deus verus & ueritas ipsa. Primo, qm̄ habet summe ratum, perfectum, incommutabile, uir forme ac solidum. Propter quod ait S. Hierony.

Hierony.

Auicen.

Solus deus vere est, cuius essentia comparati strum esse, non est. Auicenna octauo metaphysicæ affirmit, Quicquid necesse est esse, yitatio. Secundo, qm̄ esse diuinū est purū ac imperfici nihil de nō eē, nihil de vanitate aut falsitate li admixtū. Quod nulli creato cōpetit enti. Tertio, qm̄ deus p̄ suā essentiā ostendit q; est. Quarto, q; eā suo intellectui est cōformis. Quinto, qm̄ ois ritatis creatæ, est cā fontana. Insup in intellectu diuino est veritas: quia diuinā essentiā et alia ob intelligit sicut sunt: estque institutor, mēsura, acc gula ois veritatis creatæ. Rebus vero creatis cō petit veritas p̄ comparationē ad intellectu diu

DE FONTE LVC. Fo. 170

num, in quantum conformantur rationi idealis quam habent in mente aeterna ac sortiuntur naturam quod deus creator ipso praestitus atque largitus est. Unde Richardus de media villa super primis sententiis distinctione octaua testatur, quod veritas consistit in conformitate rei ad suum exemplar. Est itaque multiplex veritatis diuisio. Prima, quod alia est veritas creata, alia increata. Secunda, quod veritas increata ponitur duplex, videlicet veritas divinae essentiae, & veritas intellectus divini. Quae duae veritates realiter idem sunt, sola ratione distinctae. Iterum quamvis veritas conueniat deo absolute, & tribus superbis dictis personis communis sit, imo omnes tres una sint veritas sicut & una essentia: nihilominus veritas filio appropriatur, quemadmodum charitas spiritui sancto, eo quod filius sit emanatio intellectus, ad quem pertinet veritas: sicut spiritus sanctus emanatio est voluntatis, ad quem pertinet charitas. Hinc ars, veritas, sapientia, ratio idealis, exemplar, pulchritudo, species filio attribuuntur. Itaque iuxta hoc veritas increata adhuc duplex asseritur, sicut & sapientia increata, utputa genita, scilicet filius: atque ingenita, quae est divina essentia. Insuper veritas creata est multiplex: videlicet veritas entis, & veritas propositionis, ac veritas signi, et veritas ostensionis.

Interdum quoque accipitur veritas pro virtute morali ad iustitiam pertinenti, per quam veritatem homo ita se habet in factis, sicut promisit et dixit. Est item quod tripartita diuisio veritatis, videlicet veritatis vitae, doctrinæ & iusticæ. Unde iam aliquatangam. Praeterea sicut uerum tripliciter dicitur, ita & verum sibi oppositum. Primo siquidem dicitur

Z ij verum

D. DIONY. CART.

verum prout cum ente convertitur. Et sic omnes dicitur verum. Vnde Daniel. Omnia ait opera dei vera sunt. Sicque vanum vero huic oppositum dicitur non ens ut chemera. Secundo dicitur verum prout ultra hanc veritatem seu veram entitatem addit ordinem ad operationem actionem, quemadmodum dicitur verus ignis, qui habet operationem igni conuenientem: & verus homo, qui vtitur ratione. Sicque vanum huic vero oppositum dicitur per priuationem ordinationis finem. Et ita abusiones & iniquitates sunt vanum.

Tertio dicitur verum, prout addit super veritatem rei impermixtionem & omnimodam importunitatem ad non esse. Et sic dicitur verum esse haber

quod habet omnino invariabile esse: scilicet deus, qui teste apostolo solus habet immortalitatem id est omnimodam invariabilitatem. Sicque

**Timo. 6** num huic vero contrarium dicitur, quod habet commutabile esse. Et ita omnis creatura variabilis est.

**Eccle. 5**, tatis subiecta est. Quae vanitas est distantia a distincione a vero & incommutabili esse. Hinc

**Roma. 8**, pud Ecclesiast. legitur. Omnia subiacent vanity. Et apostolus, Vanitati, inquit, creatura subiecta est. Omnis namque creatura ex se habet deficit, ac dependet a deo: sine cuius manutentientia nec

**Plato.** ad momentum posset subsistere. Propter quod Plato in primo Timei deum inducit loquentem, O dij deorum, quorum pater & opifex ego, natura quidem corruptibiles estis: mea autem voluntate incorruptibiles permanetis. Idcirco in primo metaphysicæ sue loquitur Auicenna. Quicquid est praeter necesse esse (id est preter incommutabilem deum) in se falso est (id est vanum ac defectum indigens ac dependens). Hinc etiam in Job habe

Auicenna

tut. Ecce qui seruiunt deo non sunt stabiles: & in Iob. 4.  
 angelis suis reperiit prauitatem. Denique iuxta Thomas.  
 Thomam, est quadruplex veritas: quarum po-  
 sterior a priori dependet. Videlicet veritas pri-  
 ma, veritas rei, veritas intellectus creandi rem ap-  
 pendentis, & veritas signi seu propositionis. Por-  
 tro Petrus de Tharento super primum sententia-  
 rum scribit, quod veritas uno modo opponit fal-  
 sitati. Et sic veritas essentiae non est propria deo.  
 Alio modo opponitur permixtio: quemadmo-  
 dum dicitur verum aurum, cui nil alieni metalli  
 est mixtum. Et sic veritas esse atque essentia deo  
 est propria: quoniam nil propositionis aut defectus  
 diuino esse miscetur. Omni vero enti creato mul-  
 tiplex non entitas est admixta per negationem  
 multiplicis gradus entitatis ab eo. Hinc veritas  
 creature non est pura neque perfecta. Postremo ve-  
 ritas vitae est vita seu cōuersatio vitalis: actio  
 secundum diuinæ legis rectitudinem regulata seu  
 iuxta diuinorum tenorem præceptorum exhibi-  
 ta ac directa. Cōsistit namque veritas vitae in hoc  
 quod rationalis creatura actiones suas confor-  
 mat diuinæ mentis iudicio, operando secundum  
 censuram ac iussa regulæ mentis æternæ: agens  
 quæ approbat deus, & vitans ac reprobans quæ  
 reprobat ille. De qua veritate ait saluator. Om-  
 nis qui facit veritatem, venit ad lucem, ut mani Iohan. 3.  
 festentur opera eius, quia in deo sunt facta. Et a- 1. Timo. 6  
 postolus. Diuitibus præcipe non sublime sapere  
 nec sperare in incerto diuitiarum: sed diuites fie-  
 ri in operibus bonis, ut apprehendant verā vitā.  
 Per Isaiā quod loquitur deus. Dabo opus eorum in ve Isai. 61  
 ritate. Hæc veritas fictionē & simulationē exclu-  
 dit; ut si hō in vita sua syncerus, nō simulator et

Z [ij] callidus.

## DE FONTE LVC.

callidus. Veritas autem doctrinæ est ipsa doctrina diuinæ & increatæ veritatis sapientia conformata: ut pote expers erroris. De qua scribitur apostolus. Licet nos aut angelus de celo euangelizet vobis preter id quod euangelizauimus vobis anathema sit. Veritas verae iusticiæ dupliciter dicitur. Primo prout ipsa iusticia est quedam rectitudine, secundum diuinæ & increatæ iusticiæ regulam mensurata. Secundo prout quod ex iusticiæ zelo veritatem fatetur: sicut fit in iudicium fori. Hinc quidam sic dicunt. Veritas consistit in hoc: ut homini dictis & factis suis rectitudini diuinæ legis a sapientiæ conformetur, illamque imitetur, cui se habere conformare debet. Primo in his quod ad cognitionem pertinent: quod spectat ad veritatem doctrinæ. Secundo in his quae per se ipsum agere debet: quod ad veritatem pertinet vitæ. Tertio in his quod circa alios obseruare aut obseruanda promovere: quod ad veritatem iusticiæ certum est permitti. De hac triplici veritate dixerunt auctoritatis Christi: Magister scimus quod vera est et ecce veritas vitæ) & viæ dei in veritate docetur (ecce veritas doctrinæ) & non est tibi cura de aliis quocumque ecce veritas iusticiæ)

Quod deus est prima actualissima opuscula tillima ac beatissima vita: & de multiplici vitæ distinctione: specialiter de triplici vita.

## Art. XXXIII.

Pud te est fons vitæ, & in lumine tuo uidebimus lumen. Cum esse diuinum tuum quod pelagus quoddam omnem effundit plenitudinem, nobilitatem, excellentiam, quod continet & includat; certum quod

Matt. 22.

Psalm 33.

